



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 18. Papæ Nuntius ad Carolum V. decretus in caussa Matrimonii Reginam
inter, & Philippum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. contentionem præferret, nullo autem
A. C. 1554. rationum pondere quæstionem compro-
 baret. Denique tertia die Latimerus
 fatebatur, quod per viginti annorum
 decursum latini sermonis pene oblitus
 in arenam descendere non auderet, sed
 contentus esset, ut jam, quid sen-
 taret, sine ambagibus exponere posset,
 quod & paucis admodum verbis præ-
 stitit. Vespere autem omnes hi tres
 ad Ecclesiam deducebantur, ubi eisdem
 fuit declaratum, quod de erroribus con-
 victi dogmata ab universo Clero re-
 cepta & ipsi suo chirographo firmare
 teneantur: illis vero id renuentibus,
 non modo tanquam hæretici, ac hæ-
 reticorum fautores fuerunt damnati,
 sed etiam excommunicati, atque a fi-
 delium cœtu segregati declarabantur.
 Postea hujus colloquii Acta a Scribis
 publicis fuere in unum collecta.

§. XVIII.

*Papæ Nuntius ad Carolum V. de-
 cretus in causa Matrimonii
 Reginam inter, & Phi-
 lippum.*

His interea circa Religionem in An-
 gliæ gestis Philippus Londinum pro-
 ficisci parabat; prius tamen summus
 Pontifex Mozzaelum ex Fratrum Præ-
 dicatorum Ordine Nuntium ad Cæsa-
 rem

rem ablegabat, dato negotio, ut Carolo Sæcul. XVI.
 faustum matrimonii inter filium suum, A. C. 1554.
 & Reginam successum gratularetur, at-
 que illum de Poli integritate, ac fide
 certiozem redderet, nec non eundem
 ad pacem hortaretur. Pariter idem
 Pontifex jam antea Zachariam Delphi-
 num ad Ferdinandum decreverat, ut
 illum quoque ad pacis consilia inclina-
 ret, atque periculum, quod Religioni
 ex edicto Passaviensi imminet, expo- *Pallav. hist.*
 neret, notumque faceret, quod Papa *Conc. Trid.*
 summopere studeat, ut saltem hæc *l. 13 c. 8.*
 Germaniæ pars hucusque semper fidei *num. 8.*
 Catholicæ addictissima ulterius in avita
 hac Religione conservaretur: reliquæ
 autem Germaniæ ditiones, quas Pro-
 testantium secta infecit, rursus ad Ec-
 clesiæ sinum revocarentur: „hanc ob-
 „rem, agebat Pontifex, erectum est
 „Collegium Romanum, in quo junio-
 „res Clerici ex Germania oriundi edu-
 „carentur, ut in patriam reduces hæc
 „resin debellando pares essent.

§. XIX.

*Philippus ex Hispania in Angliam
 delatus.*

Interea Philippus, cum omnia in An- *Thu. hist.*
 glia rursus composita, ac viginti An- *l. 13.*
 glorum naves præter totidem alias ex *Burnet t. 2.*
 Hispania advectas jamjam ad vela pa- *l. 2. p. 429.*
 ratas *Sleid.*
Comm. l. 25.
p. 937.